



5. tecum; Congrega eos quasi gregem ad uicamam & sanctifica eos in die  
 5. occisionis; Nullum inquit scandalum est, quod impij siue omnes  
 heretici pro tempore floreat; Tu enim dñe noscime & iudicame  
 & probasti cor meum tecum; Quem ita nouit pater dñi, quomodo  
 filium suum; nemo enim cognoscat filium nisi pater, & nemo cog  
 noscat patrem nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Licet in  
 quid proficiant licet filios generent, & faciant fructum heretici,  
 & prosperi sui orieorum, & longe a semibus eorum, id est conscientia;  
 tamen non parua est consolatio, quod quasi pecora saginantur ad  
 uicamam; Congregant eos in urbem hierusalem, siue in sua concilia  
 bula, ut quasi iucam caedantur in mortem, & tunc suffocentur  
 cum ecclesiastico fuerint mucrone iugulati; Interfectio enim  
 5. hereticorum, salus eorum est quid cepta fuerant; Usquequo  
 5. lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur, propter malitiam  
 5. habitantium in ea; consumptum est animal & uolucres quonia  
 5. dixerunt, non uidebit nouissima nra, siue non uidebit dñi uias nras;  
 Quidquid in mundo uel bonorum accidit uel malorum, non absq;  
 prudentia & sortito casu accidit, sed iudicio dñi; terra nunc ste  
 relis est, herba siccatur; Usquequo nosse rationem malitiae habitatorum  
 eius hoc faciunt, ita ut & animalia super terram & caeli uolantia  
 consumantur, quia in usus hominum haec creata sunt omnia,  
 qui tantam confusum rexere blasphemiam, ut dicerent dñm ig  
 norare uias suas, & nescire quid unum quisque passurus sit;  
 Quod autem dicit, usquequo illud significat permanere iram dñi